



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Della B. Caterina Da Bologna**

**Grassetti, Giacomo**

**Bologna, 1652**

Salvtatio B. Catharinae De Bononia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9702**

# SALVATI O B. CATHARINÆ DE BONONIA.

**S**Alue Virgo speciosa  
Nostra mater officiosa,  
Candida suavis rosa,  
Bononiae corpore collocata.  
Salve Stella clarissima,  
Inter astra lucidissima,  
Cordis letitia dulcissima,  
Anima in cœlestibus exaltata.  
Salve Francisci deditissima  
Filia, & Clare deuotissima.

V. Ora pro nobis Beata Catharina.

B. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. OREMVS.

**C**Oncede nos famulos tuos Deus, Beatæ Catharinæ virginis suffragijs adiuuari: cuius odore vnguentorum trahimur ad tua sancta lætantes. Per Dominum nostrum &c.

*Antiphona, ad Beatam Catharinam.*

**R**Osa rubea charitatis, lilyum candens virginitatis, balsamum fragrans paupertatis, de Frâncisci prodijt hortulo: tu ergo nobis misericors, quondamque comes itineris succurre nunc suffragijs in Cœlesti Collegio:

V. O Beata digna Christo Catharina, ora pro nobis Dominum.

B. Ut data nobis gratia diuina, te sequamur ad Dominum. Oremus.

**D**eus, qui mundi huius illecebras semper odisti, & seruos tuos ad superna merita dignatus es dirigere: presta nobis famulis tuis, vt tuæ plantulæ Catharinæ vestigia sequamur, & facta sicut ipsa præuiæ Claræ viam, & regulam sequuta est: qnamobrem sancta mater Ecclesia, inter beatorum agmina non dubitat esse sublatam. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæcularum. Amen.

IL FINE.

Ee 3

BO-